

# P. VERGILII MARONIS BVCOLICA CARMINA

AD VSVM DISCIPVLORVM  
EDIDIT  
ROSA ELISA GIANGOIA



ANNO MMVIII  
Edizioni Accademia  
*Vivarium Novum*

## RES QVAE HOC LIBRO CONTINENTUR

Dē Vergiliō poēta eiusque vītā	p.	5
Dē būcolicīs carminibus		9
Vīta Vergiliī incertī auctōris		11
Ex Serviī grammaticī in Vergiliū Aenēidos librum prīmum commentāriō: dē Vergiliū vītā		15
Ex Serviī grammaticī in Vergiliū Būcolicōn librum commentāriō		17
Ecloga I		19
Ecloga II		27
Ecloga III		33
Ecloga IV		47
Ecloga V		55
Ecloga VI		65
Ecloga VII		75
Ecloga VIII		83
Ecloga IX		93
Ecloga X		101
Index vocābulōrum		107
Index nōminum		112
Notae		116

VITA VERGILII INCERTIS AVCTORIS, QVAE SVB DONATI  
NOMINE AD NOS PERVENIT

Pūblius Vergilius Marō parentibus modicīs fuit.  
Nātus est Cn. Pompēiō Magnō et M. Liciniō Crassō  
cōnsulibus, Īduum Octōbrium diē, in pāgō quī Andēs  
dīcitur, quī est ā Mantuā nōn procul.

Cn. Pompēiō M. L. Crassō cōnsuli-  
bus: annō LXX a. Chr. n.

pāgus -ī *m* = parvum oppidum

- 5 Initia aetātis, id est ūsque ad septimum annum,  
Crēmōnae ēgit. [...] Crēmōnā Mediolānum et inde  
paulō post Neāpolim trānsiit: ubi cum litterīs et Grae-  
cīs et Latīnīs vehementissimam operam dedisset, tan-  
dem omnī cūrā omnīque studiō indulsit Medicīnae et  
10 Mathēmaticīs.

aetātis: vītae

vehemēns -entis = strēnuus, fortis  
operam dare (reī) = cūrāre (rem), stu-  
dēre (reī)  
indulgēre indulsisse indultum + *dat* =  
cēdere; cūrāre, operam dare  
medicīna -ae *f* = medicī ars  
mathēmatica -ōrum *n pl* = ars dē nu-  
merīs

ēruditus -a -um = doctus (↔ rudis)

Quibus rēbus cum ante aliōs ēruditiōr perītior-  
que esset, sē in Urbem contulit. [...]

Corpore et statūrā fuit grandī, aquilinō colōre,  
faciē rūsticānā, valetūdine variā; nam plērumque ab  
15 stomachō et faucibus ac dolōre capitis labōrābat, san-  
guinem etiam saepius ēiēcit. Cībī vīnīque minimī.  
[...] Et ōre et animō tam probum fuisse cōnstat, ut  
Neāpolī “Partheniās” vulgō appellārētur. [...]

aquilīnus -a -um < aquila

rūsticānus -a -um = rūsticus  
stomachus -ī *m* = venter  
faucēs -ium *f pl* = pars ōris internī  
post linguam  
laborāre (ex/ab) rē = patī (rem), do-  
lēre (rē)  
cībī vīnīque minimī *fuit*: minimum  
cībī vīnīque sūmere solēbat

Partheniās -ae *m* (< *parthenos* = vir-  
gō): admodum pudibundus  
vulgō *adv* = inter vulgus, passim  
poētīcam *artem*  
auspicātus *est* = incohāvit, coepit  
rēs Rōmānās = opus dē rēbus gestīs  
Rōmānōrum | of-fendere -fēdisse  
-fēnsū = laedere (animum); of-  
fēnsus : cum et displicisset  
asperitās -ātis *f* < *asper* (: difficilis,  
molestus)

- 20 Poētīcam puer adhūc auspicātus [...]. Mox,  
cum rēs Rōmānās incohāsset, offēnsus māteriā et nō-  
minum asperitāte, ad *Būcolica* trānsiit: māximē ut

Asinius Pöllio, Alphēnus Vārus, Cornēlius Gallus : Vergīlii amīcī

distribūtiō -ōnis *f* < distribuere

Philippēnsis -e

indemniss -e = quī damnum nōn patitur sē: Vergīlium ipsū

praestāre = praebēre

(librum) ēdere = multis legendum dare

vix-dum = vix adhūc

violētia -ae *f* (< vis) = rīxa

altercātiō -ōnis *f* = rīxa

līs lītis *f* = certāmen dē iūre

agrārius -a -um = dē agrō

parum abest quān fiat = paene fit

novissimē = postrēmō

aggressus est: coepit scribere

multiplex -icis *adi* = varius

*gen* + *instar* = sicut; carminum *instar* = sicut carmina

studēre = cupere

meditātus: postquam meditātus erat

meditārī = cōgitāre dē

solitus *esse*

re-tractāre = revisere et corrigere

ad paucissimōs redigere: paucissimōs

facere | red-igere -ēgisse -āctum

triennium -ī *n* = trēs annī

suāsus -ūs *m* < suādēre

Asiniū P. suāsū = suādente Asiniō Pöllione | Trāns-padānus -a -um = quī

trāns Padum est

favor -ōris *m* < favēre

septennium -ī *n* = septem annī

partim... partim... = parte... parte...

Aenēidos: Aenēidis (*gen*)

exstitit: fuit

Sext. Propertius: poēta nōbilis

dubitāverit

praedicāre = dicere

Asinium Pöllionem, Alphēnum Vārum et Cornēlium

Gallum celebrāret: quia in distribūtiōne agrōrum, quī

post Philippēnsem victōriam veterānis, Triumvirō-

rum iussū, trāns Padum dīvidebantur, indemnem sē 25

praestitissent. Deinde *Geōrgica* in honōrem Maecē-

nātis ēdidit, cum sibi vixdum nōtō opem tulisset ad-

versus [...] veterānī militis violentiam: ā quō in

altercātiōne lītis agrāriae parum āfuit quān occiderē-

tur. Novissimē autem *Aenēidem* aggressus est, argū- 30

mentum varium et multiplex, et quasi ambōrum

Homēri carminum *instar*: et in quō (quod māximē

studēbat) Rōmānae simul urbis et Augustī orīgō con-

tinērētur. Cum *Geōrgica* scriberet, trāditur cotīdiē,

meditātus, māne plūrimōs versūs dictāre solitus, ac 35

per tōtum diem retractandō ad paucissimōs redigere.

*Būcolica* trienniō, Asiniū Pöllionis suāsū, per-

fēcit. Hic Trānspadānam prōvinciam regēbat: cuius

favōre, cum veterānis Augustī militibus Cremōnēn-

sium et Mantuānōrum agrī distribuērentur, suōs Ver- 40

gilius nōn āmīsit. [...]

*Geōrgica* septenniō Neāpolī; *Aenēida* partim

in Siciliā, partim in Campāniā undecim annīs cōnfē-

cit. [...] Aenēidos vixdum coeptae tanta exstitit fāma,

ut Sext. Propertius nōn dubitārīt sic praedicāre: 45

## DONATI VITA VERGILII

---

*Cēdite Rōmānī scrīptōrēs, cēdite Graiī:*

*Nesciō quid māius nāscitur Īliade.*

[...] *Būcolica Geōrgica*que ēmendāvit. Annō  
vērō quīnquāgēsīmō secundō, ut ultimam manum  
50 Aenēidī impōneret, statuit in Graeciam et Asiam sē-  
cēdere, trienniōque continuō omnem operam līmā-  
tiōnī dare, ut in reliquā vītā tantum philosophiae  
vacāret. Sed cum, aggressus iter, Athēnīs occurris-  
set Augustō ab Oriente revertentī, ūnā cum Caesare  
55 redīre statuit. At cum Megaram, vicīnum Athēnīs op-  
pidum, vīvendī grātiā peteret, languōrem nactus est;  
quem nōn intermissa nāvigātiō auxit; ita ut gravior  
in diēs, tandem Brundisium adventārit: ubi diēbus  
paucīs obiit, decimō Kal. Oct., Cn. Sentiō et Q. Lu-  
60 crētīō cōsulibus. Quī, cum gravārī morbō sēsē sen-  
tīret, scrīnia saepe et magnā instantiā petīvit,  
cremātūrus Aenēida: quibus negātīs, testāmentō  
combūrī iussit, ut rem inēmendātam imperfectam-  
que. Vērūm Tuca et Varius monuērunt id Augustum  
65 nōn permissūrum. Tunc eīdem Variō ac simul Tuc-  
cae scrīpta sub eā condiōne lēgāvīt: nē quid adde-  
rent, quod ā sē ēditum nōn esset; et versūs etiam  
imperfectōs, sī quī erant, relinquerent. Voluit etiam  
sua ossa Neāpolim trāsferrī, ubi diū et suāvissimē

Grāius -a -um = Graecus


Īlias -adis *f*: Homēri carmen dē bellō  
Trōiānō

ē-mendāre = corrigere  
*annō LII aetātis suae*

ut ultimam manum Aenēidī impōne-  
ret: ut Aenēidem perficeret

sē-cēdere = discēdere (ā cēteris)

līmātiō -ōnis = opus *līmāe* (: quō liber  
perficitur)

līma -ae *f*   
philosophia -ae *f*


vacāre (reī): tempus habēre (ad rem),  
studēre

Caesare: Augustō

languor -ōris *m* ↔ vīs corporis  
(: morbus)

nānciscī nactus = habēre incipere  
inter-mittere = inter rem moram facere  
nōn intermissa : continua  
adventāre rit  
adventāre = appropinquāre, pervenire  
obīre (mortem) = morī  
Cn. Sentiō Q. Lucrētīō cōsulibus:  
annō XIX a. Chr. n.

gravārī = gravior fierī

scrīnium -ī *n*   
instantia -ae *f*  
< instāre  
cremātūrus: ut cremāret

in-ēmendātus -a -um ↔ ēmendātus

permissūrum *esse*

suāviter *adv* = beātē


extrēmā valetūdine: īstante morte  
epitaphius -a -um = in sepulcrō īn-  
scribendus

vīxerat, ac extrēmā valetūdine hoc ipse sibi epita- 70  
phium fēcit distichon:

*Mantua mē genuit, Calabrī rapuēre, tenet nunc  
Parthenopē; cecinī pāscua, rūra, ducēs.*

trānslāta fuēre (= fuērunt): trānslāta  
sunt | pro-ut = sicut

in viā



lapis -idis (miliārius) m : l. milia-  
rii sunt positi iūxtā viās M pas-  
sibus interiectis

praeceptum -ī n = quod praeceptum  
est, doctrīna

Epicūrus -ī m = Graecus vir sapiēns  
doctrīna -ae f (< doctor) = quod docē-  
tur | quam-vīs + conī = quamquam

īn-serere -uisse -tum = pōnere in

Acadēmicus -a -um = ad Acadēmiam,  
Platōnis scholam, pertinēns  
schola -ae f = locus ubi magister docet  
Platō -ōnis m = Graecōrum nōbilissi-  
mus vir sapiēns

Trānslāta igitur, iussū Augustī, eius ossa, prout  
statuerat, Neāpolim fuēre, sepultaque viā Puteolānā, 75  
intrā lapidem secundum, suōque sepulcrō id disti-  
chon, quod fecerat, īnscriptum est. [...]

Audīvit ā Sirōne praecepta Epicūrī, cuius doc-  
trīnae socium habuit Varium. Quamvīs dīversōrum  
philosophōrum opīniōnēs librīs suīs īnseruisse dē 80  
animō māximē videātur, ipse tamen fuit Acadēmicus:  
nam Platōnis sententiās omnibus aliīs praetulit.



## ECLOGA I

*In eclogā primā Vergilius agrum sibi primō ab Augustō servātum significat. Cum enim Caesar Octaviānus, ut suprā dictum est, agrōs circā Crēmōnam et Mantuam veterānīs militibus dedisset, Vergilius Mantuānus inter cēterōs agrīs suīs spoliātus est: sed in Octaviānī grātiā per amīcōs quōsdam inductus, quod amiserat recipēvit. Hāc igitur eclogā laudēs Octaviānī et Rōmae, suam fēlicitātem, Mantuānōrum malam fortūnam commemorat.*

10 *In hāc eclogā duae sunt persōnae: Meliboeus et Tītyrus. Tītyrus rūra sua servat et quiētus in umbrā canit, Meliboeus contrā, suīs agrīs orbātus, procul cum grege suō fugit. Meliboeus Tītyrō dē bonā fortunā grātulātur. Tītyrus multās grātiās patrōnō agit;*  
 15 *Meliboeus vērō sortem suam dēplōrat.*

servātum esse

veterānus -a -um (< vetus) = miles,  
 quī multōs annōs pugnāvit  
 Mantuānus -a -um < Mantua

Meliboeus -i m

Tītyrus -i m

orbātus -a -um = spoliātus

patrōnus -i m = vir nōbilis et dives  
 quī alterum adiuvat ac defendit  
 dē-plōrāre = plōrāre

vesperāscere (< vesper): vesperāscit  
= vesper fit

*Vesperāscit et Tītyrus Meliboeum domum  
suam invitat; sed ille proficiscī māvult.*

Meliboeus

sub tegmine patulae fāgī  
patulus -a -um (< patēre) = amplus  
tegmen -inis *n* (< tegere): arboris magna  
coma | silvestris -e < silva  
tenuī avēnā  
Mūsa -ae *f*: carminum dea (: carmina)  
silvestrem Mūsam: silvestria carmina  
meditārī = compōnere

fugimus: relinquimus  
lentus: ōtiōsus

docēs silvās resonāre fōrmōsam Amaryllida | Amaryllis -idis *f* (*acc* -a, *voc* -ī):  
fēmina, quam Tītyrus amat

Tītyre, tū patulae recubāns sub tegmine fāgī,  
silvestrem tenuī Mūsam meditārīs avēnā;  
nōs patriae fīnēs et dulcia linquimus arva:  
nōs patriam fugimus; tū, Tītyre, lentus in umbrā  
fōrmōsam resonāre docēs Amaryllida silvās. 5



fāgus -ī *f*



ovile -is *n* < ovis

Tītyrus

nōbīs : mihi | fēcit : dedit

illūs āram saepe tener agnus *veniēns*  
nostrīs ab ovīlibus imbuet: saepe ei  
meum agnum sacrificābō  
imbuet -uisse -ūtum = (cruōre) asper-  
gere

ille permīsīt (: sīvīt) meās bovēs errāre  
errāre: liberē vagārī, pāscī

(carmina) lūdere = compōnere

Ō Meliboe, deus nōbīs haec ōtia fēcit:  
namque erit ille mihi semper deus; illiūs āram  
saepe tener nostrīs ab ovīlibus imbuet agnus.  
Ille meās errāre bovēs, ut cernis, et ipsum  
lūdere, quae vellem, calamō permīsīt agrestī. 10



## ECLOGA I

### Meliboeus

Nōn equidem inuideō; mīror magis: undique tōtīs  
ūsque adeō turbātur agrīs. Ēn, ipse capellās

prōtinus aeger agō; hanc etiam vix, Tītyre, dūcō:  
hīc inter dēnsās corylōs modo namque gemellōs,

15 spem gregis, āh, silice in nūdā, cōnīxa, relīquit.



silex -icis *f*:  
genus lapidis

Saepe malum hoc nōbīs, sī mēns nōn laeva fuisset,  
dē caelō tāctās memini praedicere quercūs:  
Sed tamen, iste deus quī sit, dā, Tītyre, nōbīs.

### Tītyrus

Urbem, quam dīcunt Rōmam, Meliboee, putāvī

20 (stultus ego!) huic nostrae similem, quō saepe solēmus,

pāstōrēs ovium, tenerōs dēpellere fētūs:

sīc canibus catulōs similēs, sīc mātribus haedōs

nōram; sīc parvīs compōnere magna solēbam:

vērūm haec tantum aliās inter caput extulit urbēs,

25 quantum lenta solent inter vīburna cupressī.

tōtīs... agrīs = per tōtōs agrōs, in omni-  
bus agrīs  
ūsque adeō: tam multum  
turbātur: rēs turbantur

aeger: vix



dēnsās: frequentēs  
(↔ rārās)

corylus -ī *f*

spem gregis: quī erant spēs tōtius gregis  
cō-nīti -nīxum esse: parere; cōnīxa  
= postquam peperit

laeva: stulta (↔ prūdēns)

memini quercūs dē caelō tāctās praedi-  
cere | dē caelō tāctās: tāctās fulgure  
tāctus -a -um < tangere (= percutere)  
quī: quis | dā: dīc



vīburnum -ī *n*

dīcunt: vocant

similem esse  
quō = ad quam

nōs pāstōrēs | dē-pellere = agere  
ovium tenerōs fētūs: tenerōs agnōs  
fētus -ūs *m* = filius modo nātus

sīc nōveram catulōs similēs esse cani-  
bus, sīc mātribus nōveram similēs esse  
haedōs | catulus -ī *m* = pullus canis  
parvīs... magna: parvīs *rēbus*... magnās  
rēs | compōnere = comparāre

tantum... quantum  
aliās inter... urbēs: inter aliās... urbēs  
ex-tollere = tollere | inter lenta vīburna  
lentos : quī facile flectitur (↔ dārus)



cupressus  
-ī *m*

Meliboeus

tanta fuit causa tibi

Et quae tanta fuit Rōmam tibi causa videndī?

Tītyrus

quae quamquam sēra (: tarda)  
mē inertem

postquam mihi tondentī barba cadēbat  
candidior  
(barbam) tondēre totondisse tōsum =  
(barbam) secāre, caedere

nōs Amaryllis habet : Amaryllidis amōre  
teneor | nōs: mē  
Galatēa -ae f: fēmina, quam antea Tity-  
rus amābat

cāseus -ī m



quamvis exiret = quamquam exibat  
multa victima : multae victimae  
victima -ae f = hostia | ē meis saeptis  
saeptum -ī n (< saepire): ovile  
et pinguis caseus premerētur (: cōnfice-  
rētur) ingrātae urbī | pinguis -e (↔ te-  
nuis) = crassus

in-grātus -a -um ↔ grātus  
nōn umquam = numquam  
gravis aere: plēna pecūniae  
manus dextra



fōns


quid: cūr | vocārēs : invocārēs

cui paterēris pendēre pōma: cui servā-  
rēs pōma pendentia | suā in arbore

ipsae pīnūs

fōns fontis m = aqua ērumpēns ē terrā

Lībertās; quae, sēra, tamen respexit inertem,  
candidior postquam tondentī barba cadēbat;  
respexit tamen, et longō post tempore vēnit,  
postquam nōs Amaryllis habet, Galatēa reliquit: 30  
namque, (fatēbor enim), dum mē Galatēa tenēbat,  
nec spēs lībertātis erat, nec cūra pecūli:  
quamvis multa meis exiret victima saeptis,  
pinguis et ingrātae premerētur cāseus urbī,  
nōn umquam gravis aere domum mihi dextra redibat. 35



pīnus -ūs/-ī f

Meliboeus

Mīrābar, quid maesta deōs, Amarylli, vocārēs,  
cui pendēre suā paterēris in arbore pōma:  
Tītyrus hinc aberat. | Ipsae tē, Tītyre, pīnūs,  
ipsī tē fontēs, ipsa haec arbusta vocābant.